





*162.* 1928 K 944  
I. D.  
AVSPICIIS RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI  
SERENISSIMI PRINCIPIS REGI

DN. FRIDERICI AVGVSTI  
SENTENTIAM  
HENRICI MORI ANGLI  
DE

**SVMMO BONO**

DISPVTATIONE ACADEMICA POSTERIORE  
EXCVSSAM  
PRAESES

M. IO. DANIEL BODENBVRGIVS

ET  
RESPONDENS  
BARTHOL. MICHAEL DOCKHORNIUS  
*MANSFELDII*

D. XXII. IVNII

A. R. G

∞ 13 CC XII

IN ACROATERIO PHILOSOPHICO

H. C

DISCEPTANDAM PROVENT

---

VITTEMBERGAE SAXONVM  
EX OFFICINA CREVSIGIANA

1772

14  
VAN DER ZECHEN WOENICHEN  
DIE FRIEDRICH AVAETI  
SENTEITMA  
HENRICI MORI ANGELI  
20  
**SUMMO BONO**  
PER TATIANA CATHARINA LOSTERIORE  
EXCEPTEA  
EXCEPTE  
MODERNIS RODENBARGIS  
RESONABILIS  
HISTORIC MICHAEL DUCHORNIS  
IN VOGAETE PIRROSONICO  
DISC ETI MAM PRONONCT  
SITTE MAMAE TITOMA  
EX OPIOMA GRASCHEN

I D  
PROOEMIVM



Ostequam in Disputatione superiore, ut existimamus, promissis, DEO fortunante, stetimus; ad posteriorem, eiusdem luminis auxilio freti, progrediamur. Antea vero, quam rem ipsam accedamus, mentem nostram, circa tractandirectionem, tribus saltet uerbis, arbitramur exponendam. Epit*egrotv de HENRICI MORI circa SVM-*  
*MVM BONVM* sententia pronuntiaturi, vario, fatemur, modo Disputationem hanc pertexere possemus, illos tamen sequi praeoptamus, qui principio requisitorum Summi Boni defectu, tunc alii, ad rem pertinentibus, rationibus, tum argumentorum, si qua sunt, infirmitate, ducti, sententiam dixerunt. Quia in re non modo B. MEISNERVM (1), Theologum pariter, ac Philosophum, magni utique nominis, uerum et HEEREBOORDVM (2), Philosophum et ipsum laude dignissimum, aliosque complures, tamen autores, quam duces, habemus. Labore itaque hoc defuncturi, omne rei pondus tribus apborismis exbaurire annitemur. Quorum in I. HENRICI MORI sententiae non competere Summi Boni axiomata, in II. ex Fanaticismo, tanquam ex fonte, emanasse, in III denique, argumenta, ab ipso adducta, nullum ad ipsam rem probandum habere robur, conficiemus. His ad liquidum perductis, res ipsa loquetur, HENRICI MORI de Summo Bono opinioni subscribendum esse haudquaquam. Interim unicum illum, eundemque uerum ac summum, Summi Boni Autorem DEVIM O. M. ardentissimis iuvocamus precibus, ut coepitis nostris tum porro fauere, tum illis qualibuscumque gloriam suam quam clementissime amplificare dignetur.

A 2

APHO-

(1) in L. de S. B. (2) in Melet. Phil. speciatim in Differt. Eth. de S. B.

## APHORISMVS I

HENRICI MORI sententiam, de SVMMO BONO, minime  
admittendam , existimamus,

(I) eo, quod ipsi Felicitatis summae Characteres haud  
conueniunt.

### Expositus

#### §. I



Voniam, in ultimo prioris dissertationis Aphorismo, HENRICI MORI, de Summo Bono placitum, secundum notas *videlicet*, examinatum a nobis iri, sumus polliciti, promisso nostro iam satisfacientium existimamus. Prius uero, quam institutum hocce prosequamur, ipsa uidetur postulare necessitas, ut *προσκευειν* illa certum ad numerum revocemus. Quemadmodum autem apud morum doctores, in statuenda ponendave Beatitudine, permagna reperitur sententiarum varietas, ita etiam in enarrandis *ἐντελεχείαις* proprietatibus, multae concurrunt opinione. Quas Summi Boni conditions cumulare nunc, non ex re esse, facile videbit ille, qui probe secum ponderat, has illam ad sententiam, illas contra ad aliam, destruendam ab his morum magistris excogitatas fuisse. Age itaque, in medium producamus non quidem promiscue omnia, sed illa solum, quae in rem sunt, axiomata Summi Boni. Seligemus autem numero sex, securidum que si HENRICI MORI explorauerimus opinionem accuratius, officio nostro recte nos esse perfunctos, credemus.

#### §. II

Auspicabimus autem a primario Summi Boni proprio, quando illud est, atque esse debet,

(a) Θεῖον, diuinum. Diuinum uero dicitur, non ac si esset spirituale, cum in spatiis nos uersemur Philosophorum, sed potius ratione ortus partim, partim ratione dignitatis. Ortus sui ratio-

ratione, siue, ut cum scholis loquamur, causae efficientis, a nobis  
merito statuitur θεόσθον, verum non per ἀρεστον immisionem,  
siue infusionem, quo sane modo diuinæ participes fieremus essen-  
tiae, quae opinio est Fanaticorum, sed tantum, quantum, ad-  
iunctis uiribus humanis, a DEO mortalibus impertitur. Quod  
tamen posterius absolute accipi, nolumus. Ita enim omnia,  
quaes nobis modo comparamus, Deum agnoscunt Autorem,  
uerum comparare. Quod si enim Numen aeternum laboranti-  
bus nobis auxiliatrices porrigit manus, ad exigua quaevi conse-  
quenda, quanto magis, quaeſo, Summum illud Bonum omnibus,  
anxie querentibus, elargietur. Confer omnino bac de re, præter  
*ARISTOTELEM Ethic. ad Nicom. Lib. I, Cap. IX, Scholiaſtarum*  
*optimum, EVSTRATIVM, in laud. Arifot. l. Num. I. etc. pag. 86. seqq.*  
Ratione autem dignitatis diuinum afferitur, propterea, quod, id  
consecuti, propter summam aequa perfectionem, ac excellen-  
tiam, propius ad Deum accedimus. *Videatur Zapfii Distinct.*  
*ac Limitat. Th. XXXVIII. pag. 62.*

Illustrato sic axiomatice hoc, periculum faciamus, utrum sententiae  
HENRICI MORI conveniat, nec ne. Sane, qui apud animum accu-  
ratiū hoc perdendet, MORO haud temere subscriber. Quare et nos,  
sequentibus cum primis permoti argumentis, ei haud adſtipulamur.  
(α) Principio enim non est θεόν, ratione ortus, immediate  
enim, sine ulla actione, ex uirtutis sensu resultat, nisi per infu-  
ſionem ἀρεστον, quam ſupra removimus, illud θεόσθον dicere ve-  
lis. Quod ipſum tamen intendere videtur, dum Boniformem fingit  
animae facultatem. Deinde quoque (β) non est diuinum, ratione  
dignitatis. Et hoc ex eo potissimum eluceſcat, quia ad animam  
ſentientem potius, quam rationalem, uoluptas illa spectat, ipſo  
ſatente MORO in Scholis ad Ench. Eth. Lib. I, Cap. II, Sect. VII, p. Tom. I,  
OO. Philoſoph. 18. edit. Lond. Quarum prior tamen multo posteriori est  
inferior, et maxima ex parte cum brutis homini est communis.  
Comparetur HEERBOORDVS, in Coll. Eth. Disp. IV, pag. m. 20. Ceterum  
nec diuinam esse HENRICI MORI Beatitudinem, omnes, quot-  
quot deinceps afferemus, Characteres nos edocebunt.

S. III

Miffo igitur hoc S. B. proprio, ulterius progrediamur. Est  
enim, atque eſſe quoque debet,

A 3

(b)

(b) Αὐτάρκεια, sibi sufficiens. Ratio, cur inter requisita et hoc locum occupet, haud difficilis est collectu. Quia enim ratione modoue, summum, optimum perfectissimumque erit futurum nisi omni ex parte sibi faciat satis. Nam αὐτάρκεια hæc prorsus exposcit, ut plane pleneque in se et perfectione sua conquiescat. Idem exponit *Stagirita*, et cum ipso Scholastes illius *EVSTRATIVS*, sup. exc. loco, Cap. VII, ille pag. 43, lgg. hic, pag. 63, lgg. Tantum uero abest, ut hoc περὶ τοῦ μετέπειπον MORO conueniat, ut potius e diametro ipsi oppositum sit. Non sufficiens enim sibi est H. MORI Beatitudo (1) quia ad naturam eius atque perfectionem prorsus requiruntur Bona externa, uti hac de re suam ipse mentem appetit, Lib. I, Cap. II, tam Scđt. I, quam X, (2) Hoc ipsi axioma ideo non convenit, quod animi voluptas nullo gaudet fine, atque in appetendo haud raro in excessu quoque peccat, quod Summi Boni tamen ipsam euerit naturam, iuxta *LEONARDVM LESSIVM de S. B.* Lib. I, Cap. V, pag. 25, edit. Plant. (3) denique nec αὐτάρκεια est, quoniam sic ne τίππον est quidem. Quicquid autem non est honestum, neque Summum esse potest Bonum, secundum sapientissimi effatum *SENECAE*, Epist. LXXXIV, pag. 517, et Epist. LXXVI, pag. 525, edit. Antwerp. in fol. cum auctri literatissimi L. LIPSI notis. Hoc enim διάτεστος ex ipsa dependet αὐτάρκεια, docente *MEISNERO L. de S. B.* Cap. I, Qu. VII, pag. 88.

#### S. IV

Porro est, atque esse debet,

(c) Δι' αὐτὸν ἀγαπητὸν, propter se expetendum. Hoc est, propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem S. B. propter se ipsum, interpretante sic *AVGVSTINO*, Ecclesiae veteris Latinae ornamento, de *Ciuitate Dei*, Lib. VIII, Cap. VIII, pag. 742 (cui adiungere *LEONARDI COQVEI* notas ad b. l.) et Part. II, Lib. XIX, Cap. 1, pag. 760. edit. Francof. Finem enim dicit, cuius gratia cetera fiunt, *GREGORIVS NISSENVS* Libro de Vita Moysis. Huic arte uenit subiungendum illud, ubi appellatur,

(d) Αὐτόπολον καὶ τελείωτα λόγον, Summum ac perfectissimum. Summum, ne superius, perfectissimum, ne perfectius detur. Confer, præter Philosophum eiusque interpretationem, *EVSTRATIVM*, supra laudatos, *SENECAM*, Epist. LXXI, p. m. 51. Hoc excipit illud, ubi est, atque esse debet,

(e) οἰκεῖον, domesticum, i.e., quod non in hominis potestate solum, eiusque optima parte, situm est, uerum, quod maximum, ipsi etiam soli debet conuenire, sic exponentibus, *SENECA Epist. LXXVI, pag. m. 524, sqq. ZAPPIO l. c. pag. 60.* Haec tria Summi Boni axiomata, quoniam infra Aphorismo tertio, acturi de illis sumus, omittimus in praefens.

§. V

Nec minus Summum Bonum est, atque esse debet,

(f) κοινωνία, *sui communicatum*, h. e., quod sibi aliquisque est emolumento. Summum enim esse Bonum, nec tamen prodeesse generi humano, non sine causa mihi αἴτοι videtur. Etenim bonum, quo magis est bonum, hoc magis, tum omnibus, tum singulis, est utilitati. Quid hic sibi ceteroqui χρεῶντες uelit, non modo non explicatione, uerum ne probatione quidem, indigere, puto. Conferre tamen licebit supra iam in medium a nobis productos Autores. Ad scrutinium potius festinandum. Hic rursum magnum se se obiicit oculis nostris discrimen. *HENRICI MORI* enim Beatitudo, qua Beatitudo, nullo modo nostram, supra allatam, admittit proprietatem. *Voluptas* enim illa seu *Boniformis animae facultas*, possessorum suum unice, omnibus aliis exclusis, gaudio perfundit. Hoc ut probemus, uel ea, quae passim ipso hoc de arguento scriptis suis inferuit, conferenda censemus. Sic, de *Boniformi animae facultate*, Tom. I, OO. *Pbilos speciatim in Scholiis ad Ench. Eth. Lib. I, Cap. IV, Sect. IV, pag. m. 21*, commentans, *Est recta quaedam, inquit, ac diuina plane animi temperies, internae uita, quae merito singularum hominum, (etiam sine respectu ad COMMVNEM aliorum utilitatem) uera Beatitudo est dicenda etc.*

Haec sunt illa Summi Boni axiomata, ad quae, tanquam ad Lydium quandam lapidem, *HENRICI MORI de Beatitudine sententiam* examinare conati sumus. Cetera, quae sunt propria, non adeo hoc pertinent, sed potius, uti supra monuimus ad hanc illamue opinionem destruendam sunt inuenta. Ex allatis autem haud erit difficile iudicatu, *HENRICI MORI Beatitudini, seu S. B. neutiquam esse subscriendum.* Hoc obtento, ad alia nunc progredi licebit.

APHO-

## APHORISMVS II

Nec minus H. Mori de SVMMO BONO repudianda  
opinio uenit,

(II) Quoniam figura Fanaticorum, de particula ani-  
mae diuina, tanquam fundamento, nititur.

### Endēsis

#### §. I

**P**eruulgata res est apud Philosophos veteres, animam esse ex Deo ac particulam eius. Superfluum existimamus, copiosius enarrare, quae hac dere cum PYTHAGORAEI (3), tum STOICI (4), tradiderunt literis atque ad posteros transmiserunt. Nihil quoque attinet, ediscere, quae hanc in rem apud CICERONEM (5), VIRGILIVM (6), HORATIVM (7), OVIDIVM (8), MANILIVM (9), aliosque, tum Oratores, tum Poetas, non minus facundos, quam elegantes, relata leguntur. Nec opus denique futurum, arbitramur, ea proferre, quae ab Imperatore MARCO (10), et a PLUTARCHO (11), passim in OO. ipsorum exposita sunt. Sufficit, unicum excitasse, diuinum illum PLATONEM (12), asseclasque eius, PLOTINVM (13), AMELIVM (14), alios. Hi tam frequenter, tamque luculenter, de illa particula diuina scripsierunt, ut nemo, si ueritati locum relinquere uelit, quod sic statuerint, in dubium possit uocare. Comparentur quae de illo negotio tradiderunt, EPIPHANIUS, Graecos inter Patres haud postremus,

qui,

(3) vid. Cic. in Catone Cap. XXI, p. 343, Burdeus in Anal. Hist. Philos. Diff. I, de Err. Stoic. pag. 94, sqq. (4) Epiphanius in Anaceph. Tom. II, OO. pag. m. 132, Seneca Epist. XCII, p. m. 587, Budd. l.c. Diff. II, pag. 141. (5) cit. l. aliisque pluribus. (6) Aen. L. VI. (7) Sermon. Lib. II, Sat. II, u. 79. (8) Metam. Lib. I. (9) Astron. Lib. II. (10) Εἰς ἑαυτὸν L. II, §. 1, et IV, pag. 35, sqq. et Lib. V, §. XXVII, pag. 163, Confer annotationes uiri literatissimi Gatakeri, Angli. (11) Platon. Quæst. Num. II, p. m. 44, Part. II, OO. Moral. (12) in Phaedone. (13) Ennead. II, Lib. I, Num. IV, pag. OO. 99. (14) ap. Stob, Ecl. Phys. Lib. I.

qui, dogmata Platonis exponens, praeter alia perhibet, eos do-  
cuisse animam, θεόν τι esse, seu diuinum quid in *Anaceph.* Tom. II,  
OO. pag. 132, edit. Colon. Ex recentioribus autem P. D. *HVENTIVS* in  
*Quæst. dñet. s. de Conc. Rationis et Fidei Lib. II, Cap. VIII, Num. I,*  
pag. 152, et sqq. edit. Paris.

### §. II

Tantum autem abest, ut crassissimum hoc erratum auto-  
ribus suis fuerit relictum, cumque ipsis extinctum, ut potius ab  
unoquoque male sano et ad nouitates proclui, aude iam olim  
sit arreptum, acriterque propugnatum. Non enim solum a *V A-*  
*L E N T I N I A N I S* (15), veteris Ecclesiae Haereticis, *M A R C I O N I T I S*,  
*M A N I C H A E I S* (16), et aliis huius notae hominibus, haud sine in-  
genti coetus purioris damno, ore scriptisque hinc inde tradi-  
tum fuit atque sparsum, uerum ex Doctoribus Ecclesiae ipsis etiam  
nonnulli, hoc deliniti ueneno id edocere ueriti non sunt. Cuiusmo-  
ditrictissima passim exempla, nobis exhibent, *I V S T I N V S M A R T Y R* (17),  
*O R I G E N E S* (18), *C L E M E N S A L E X A N D R I N V S* (19), *S Y N E S I V S* (20),  
*E V S E B I V S* (21), *L A C T A N T I V S* (22), alii, qui omnes ac singuli no-  
bis haud obscure id testantur. Sicut autem raro marcat planta  
mala, sed usque uirescit, ita quoque pestilentissimum hoc, de par-  
ticula animae divinae, dogma passim radices et egit, et nostro ad-  
huc tempore agere nondum desistit. Omnis siquidem generis  
Fanatici id sedulo agere deprehenduntur, ut hanc scintillam, seu  
πνοήτασμα naturae diuinæ, stabiliant, ferment atque confirment.  
Idem, omnium Fanaticorum facile Coryphaeus *R O B E R T U S B A-*  
*G L A I V S* in *Theologiae uere Christianae Apologia*, Th. V, pag. 79, sqq.  
edit.

B

(15) *Bucherus Mens. Piet. V, §. VI, pag. 132, ex sententia Irenæi hoc*  
confecit, quod §. VII, pag. 133, testimonio Pamelii confirmat.  
(16) *Budd. c. l. Diff. I, de Err. St. pag. 95, de utroque*  
affirmat. (17) *Buch. l.l. Mens. V, §. V, pag. 123, alibiique, (18) con-*  
tra *Celsum Lib. I.* (19) *id. Mens. V, §. VII, p. 134, sqq.* (20) *Epist. CV,*  
pag. 248, *Lib. de Prudentia pag. 89, Lib. de Insomniis pag. 140.*  
Confer nota *Nicephori*, qui cum acerrimum Platonis sectato-  
rem dicit p. 381. (21) *Buch. in Mens. Pier.* abunde hoc demonstravit  
*Mens. VIII, §. I, III, VIII.* (22) *id. Mens. VII, §. VI, pag. 224, sqq.*

*edit. Amstelod. unice egit. Platonismum hunc c. praeterea, non sine singulari elegantia, in Fanaticismo renarum ex instituto ostenderunt cum E. D. COLBERGIVS Christianismi Hermetico - Platonici, Germ. scripti Parte I, Cap. I, pag. 10. sqq. tum F. C. BUCHERVS in Mens. Pier, aliquot ante annos euulgatis.*

### S. III

Huic PLATONIS, atque PLATONICORVM figmento, quod iam recitatum a nobis fuit, HENRICVS MORVS calculum suum, dum in Ench. Eth. Boniformem animae statutum facultatem, adiecit. Platonismus enim ipsius nobis statim fesse offert, dum, voluptatem, quam tradidit, ex PLATONIS esse schola asseuerat, in Schol. ad Cap. II, Sect. II, Lib. I, Ench. Eth. OO. Philos. Tom. I, pag. 14. Nec minus porro per Boniformem animae facultatem, quam particulam aliquam ex Deo projectam, diuinam et resuscitandam, affirmavit, nihil aliud, quemadmodum Dissertatione priori copiose satis hoc demonstrauimus, quam *απόποιαν* illam animae diuinam Platonicorum, iuxta ac Fanaticorum intelligit atque intendit. Conferantur ea, quae tam in Praef. post. Ench. Eth. praemissa sub finem, quam in Scholiis ad Lib. I, Cap. II, Sect. V, Tom. I, OO. Philos. pag. 14. hac de re est commentatus. Missis prioribus, posteriora proferre licebit, *Esse utique in anima, scribit, istiusmodi δύναμιν, b. e., potentiam sue facultatem, quae Boniformis recte appellari posse, cuiusque sensatio mensura sit omnis uerae ac sincerae uirtutis, quippe cum nulla uera uirtus sit, quae ab hoc diuino fonte non sit derivata, nempe ab absolutissima et liberrima nibilque sibi ipso (quatenus sibi ipso) quaerente animi benignitate.* Hic est intimus illa uirutis sensus, in quo uera ac solida Beatiudo consistit; cumque sensus sit, necesse est, ut sit uita, et cum uita, ut sit mortuis sit, qui eum non persentificantur. Est autem uita quasi specifica uera Regenitorum, nec illa uera regeneratio est sine mortificatione unde (optime intelligendum est illud Platonis, quod Philosophia sit μελέτη θαράτου) plenaque propriae uoluntatis annihilatione. Quo quisque ad hunc statum proprius accedit, tanto huius principii sensitiblitas in eo euadis euigilatior. Quanto vero quisque rebus mundanis addictior, tanto magis bebetur, dormit, penitusque extinguitur colesis haec diuinaque sensatio, etc.

APHO-

### APHORISMVS III Reiiciendam quoque HENRICI MORI de SVMMO BONO opinionem, arbitramur,

(III) propterea, quod argumenta allata omni demon-  
strationis robore sunt destituta.

#### Εὐθεσίς

S. I.

RAtiones ab H. Moro, in Ench. Eth. s. c. I. ad corroborandam,  
quam ipse uult, Beatitudinem prolatas omni demonstratio-  
nis robore esse destitutas, luculentissime patebit, si uestigia ipsius  
in connectendo diligentius legerimus. Nihil attinet copiosius  
enarrare omnia ipsius atque singula argumenta; eo enim labore  
in Disputatione superiori sat, opinamur, defuncti sumus. Suf-  
ficiet iam, medios, quos Dialectici uocant, terminos demon-  
strare pariter et apponere. Breuiter autem omnia percurremus

(a) Primum argumentum sic constituit, *Voluptas, minime uero  
uirtus ἐργάτη, propter se est experibilis.* Quoniam supra iam ex-  
postimus, quid haec sibi uelit S. B. conditio, ad ipsam nos con-  
uertimus rem explorandam. Rem itaque cum Voluptate MORI  
seu Boniformi animae facultate, paulo sese aliter habere, sequenti-  
bus potissimum argumentis euincemus (1) eo, quoniam aliquid  
non quod iucundum, sed quia *bonustum*, a uiro bono desideratur.  
(2) quia *Summum Bonum* hac ratione atque ipsius *adiectum pro-  
prium*, quod animi uoluptas, mirum in modum confunduntur.  
Et si enim uirtutis operario et uoluptas ex eadem percepta, non  
adeo videantur esse distincta, separanda tamen uel maxime esse,  
edocet belle satis epigramma hoc antiquum

Κάλλον τὸ δικαΐον, λῶν δὲ ψυχέν·  
ἥδισον γέ πέφυκ' ἢ τις ἔρα, τὸ τυχεν.

Rem praeterea hanc omnem admodum eleganter saepe iam in  
medium uocatus e Stoa Philosophus, *SENECA*, exposuit dudum  
et confecit. Primum scribit, *si uoluptatem præstatura uirtus est,*  
*ideo*

idco propter hanc petetur. Non enim hanc praefat, sed et hanc, nec  
buic laborat, sed labor eius, quamvis aliud perat, hoc quoque assequen-  
tur. Sicut in arvo, quod segeti proficuum est, aliqui flores internascun-  
tur, non tamen buic herbulae, quamvis delectet oculos, tantum operie  
insumtum est. Aliud fuit serenti propositum, hoc superuenit. Sic voluptas  
non est merces nec causa iuris, sed accessio, nec quia delectat, placet,  
sed quia placet, delectat, Lib. de Vita beata Cap. IX, pag. m. 237.

### §. II

De primo satis. Ad secundum accedamus, quod ita habet,  
(3) *Voluptas summitas est ipsis operationis, secundum iuri-  
zutem, arque perfectio.* Per hoc idem ult, quod in Aph. I, §. III,  
n. 4, enarravimus, esse nimirum debere Summum Bonum αἰρεο-  
ταῖσιν καὶ τελεοῖσιν summum ac perfectissimum. Quid Philosophi-  
phi per hoc sibi uelint, e superioribus, quantum opus, consta-  
bit. Ceterum quod ad rem attinet, uti in priori adjunctum  
proprium ipsam fecerat Beatitudinem, ita quoque et hic de di-  
stinctis minus distincte loquitur, et eandem committit fallaciā.  
Non inique hinc agemus, si, his omnibus silentio praetermissis,  
ad ea, quae a nobis sunt reposita L. B. remittamus, nisi, quod  
necessarium putemus, uel pauca quidem ad dictum, quod atrulit  
ex Arist. Nicomacheorum Lib. X, Cap. IV, respondere. Philosophus  
ait, οὐδὲ πόση τελεοῖς ταῖς ἐνεργείαις, καὶ τὸ ζῆν τέ, ὃ ὀρέγονται. Sed  
meminiſſe debebat MORVS, Philosopho non de Beatitudine fer-  
monem esse, uerum de adjuncto, de inseparabili ipsis accidente.  
Plus satis enim clare loquitur in superioribus, τελεοῖς τε τὴν ἐνερ-  
γείαν ηὔδονται, ωχ ωκηζει εἰντάρχωσα, διλλ' αἰς ἐπιγιγνόμενον τι τέλος.  
Conf. præter supra cit. l. a pag. m. 412, usque 417, Lib. I, Cap. VIII,  
pag. 41. ſqq.

### §. III

Explosis duobus his ac profligatis, monente ipso met ad reliqua  
progrediamur. Ex his tertium est,

(γ)

(y) quia brutis uoluptas etiam est Summum Bonum. Hoc, quod firmo non stet talo, sequentia pessimabunt.<sup>(4)</sup> admodum est infirma conclusio, Bestiis corporis uoluptas est Summum Bonum, Ergo Boniformis animae facultas excitata hominum erit Beatus. Apertam hic consequentiae fallaciam, ecquis est, qui non uidit? Accedit (b) quod supra exposito axiomati, ui cuius oīcōv mortalibus pronuntiabatur, oppositum e diametro reperiatur. Dicunt Philosophi, cum nullo homini esse commune. At MORVS, in contrarias discedens partes, a brutorum ad hominum argumentatur euāpporūav. Quid dilucidius? quid luculentius? Comparentur illa, quorum supra in Aph. I, §. IV, fecimus mentionem.

#### §. IV

Tertium excipit quartum,

(d) Hic prouocatur ad omnium tam Philosophorum, quam idiotarum, autoritatem. Hoc ut probari uideretur, nonnullae ex ARISTOTELE afferuntur sententiae, quae tamen omnes minime gentium euincunt id, ad quod euincendum propositae sunt ac recensitae, latine quidem, quas tamen ex fonte ipso dulcius; immo, et ruciis haurire licebit. Prima defuncta est e Magn. Mor. L. II, Cap. VII, pag. m. 224, 00. Tom. II, atque ita se habet, ταῦ δὲ εὐδαιμονίαν, οἰοταὶ τάν̄ες, ητοὶ ἡδονὴν ἔνει, καὶ τὸ ἡδέως ζῆν η̄ εἰν ἔνει γε ἡδονὴ. Facile hic unusquisque, si conferantur sequentia, intelliget, Philosophum ex aliorum disputare opinionem; οἰοταὶ τάν̄ες, inquit, uideretur ipsis, sed uideretur falso. Quapropter enim, ut nemo hunc ipsi errorem atque hanc tribueret opinionem, mox sequentibus suam, non disertis minus, quam luculentis exposuit sententiam, καὶ Φαύσι, ἔνει αἴσθητος ἐνέγειαν ἐ βίῳ τελείῳ. In toto praeterea capite nihil inuenies, quod H. MORI sententiae patrocinii quicquam præbere possit. In secunda, quae est, Δια τύπο, οἱ ἀληθῆς εὐδαιμονὴδίαις ζῆ, καὶ τύπο, & μάθητη ἀνδρῶποι αξιώσι Eudem. Lib. VII, Cap. XV, pag. m. 371, rursus probandi nis merito desideratur. Quis enim unquam negauit eum, qui Summi Boni

factus sit compos, iucundissime uiuere? De illo solum con-  
trouertitur, an in hac uoluptate Beatitudo sit sita? Id quod ip-  
sum inficiauri tantisper sumus, dum argumenta magis idonea  
aliud euincant. Hoc ceteroqui pensum pro nostra magis pu-  
gnat opinione. Distincte enim separat Summum Bonum, et  
Voluptatem, quando dicit, Ille qui *beatus* est, ubi Beatitudo NB.  
praesupponitur, *iucundissime* uiuit. Et hac ratione uoluptas ipsi  
nihil quam adjunctum, quod concessissimum, proprium est ac  
inseparabile. Hoc nostrum, in verbis ipsis latens, placitum,  
uerba etiam proxime antecedentia confirmant, § γνέας δὲ ηδων  
ἢ μὴ εἰ περάξει. Nunc cum Autore nos conuertimus ad tertiam,  
quae sic sonat, ὁ βίος, ὁ μετὰ αὐτοφαλέας ἡδισμός, et habetur  
Rhetor. Lib. I, Cap. V, p. m. 66. Qui nobiscum inspiciet ARISTO-  
TELEM ipsum, facilem seſe nobis facile praebet, quod neque  
in hoc praefidii quicquam sententia MORI uel quaerere uel  
inuenire possit. Optime res constabit si paulo accuratius ani-  
mum *Stagiritae* habuerimus perspectam. Sic autem ille sentit.  
Neminem agere sine fine, finemque a uarijs varie solere con-  
stitui, ita ut alii pro fine habeant, actionem cum uirtute con-  
functam, alii, uitam forte sua contentam, alii denique, uitam  
cum securitate iucundam. Tantum igitur abest, ut hic definiat  
Beatitudinem, quod MORVS fide minus bona affirmat, ut rem  
potius toram in medio relinquat nihilque de Summo Bono  
certi decernat. Neutiquam enim est uerosimile, ex eo quod  
nonnulli putent, Summum Bonum esse uitam cum securitate  
iucundissimam, concludere posse illud esse uerum. Falsa nimi-  
rum nonnunquam esse potest opinio talis. Ex his breuiter adstru-  
ctis haud difficulter eluescere poterit ueritas ipsa. Nos pa-  
gellarum angustiae, lege nobis praescriptae, rationem habentes,  
ad cetera properamus. Ad ultimum tamen, ubi Theologorum,  
qui *coelestem felicitatem per non interrupturn gaudium depingant*,  
autoritate nititur, id unum notamus, esse inter statum hominis  
naturalem et supernaturalem distinguendum, et ab hoc ad il-  
lum N. V. C.

§. V

§. V

Quarto sic reiecto, adoriamur et quintum,

(ε) Ex ipsa uoluptatis definitione liquet, eo ex genere esse Bea-  
titudinem. Huic ut roboris aliquid addat a Philosopho hanc  
uoluptatis descriptionem mutuatur. Est autem uoluptas ex sta-  
tu praeternaturali ad propriam naturam uniuscuiusque restitutio-  
nem. Graeca sic habent. Η δὲ ηδονή ἐστι καλάτασις ἐν τῷ παρὰ Φύσιν  
εἰς Φύσιν ἐνάγγειλη. Vid. Magn. Mor. Lib. II, Cap. VII, pag.  
m. 227. Hanc ipsam e Stagirita peritam, uoluptatis descriptio-  
nem suo Virtutis sensu ac possessioni paullo post accommo-  
dat. Nos autem non erimus solliciti, definire quid sit  
Voluptas? Vtrum haec ei definitio conueniat, nec ne? Hoc  
enim neque ad nostrum spectat institutum, neque intra char-  
tae huius spatia redigi potest. Id unum obseruamus, falsum  
in eo H. MORVM, quando uoluptati id adscribat, quod vir-  
tutis operationi tribuendum fuisse. Idque hanc in prīmis  
ob causam, quod ad quandam iestitutionem omnino aliqua re-  
quiratur εὐεγεία, quae tamen omnium consentū uoluptatem,  
qua uoluptatem, fugit. Hoc unico bene obseruato, omnis  
probandi uis corrueat facile et euaneat. Ad reliqua quod  
attinet, ipsi libenter, quantum ad nostrum pertinet negoti-  
tium ea largimur. Nisi tantum in ultimis, ubi scribit, Resti-  
tutionem in illum statum propriam nostram intimamque esse uolupta-  
tem, notari meretur, admittenda quidem illa esse in statu, neu-  
tiquam autem in ampliatione.

§. VI

Sextum est,

(ξ) Apperitus hominis non fertur in oblectum quatenus cogno-  
scibile, sed quatenus, ut uerbo dicamus, summo gaudio animum  
impleat. Vtrumque negatura nobis ac pernegatur. Prius est in-  
tellectus contemplantis, et ipso consentiente MORO huc  
non pertinet, posterius, animae primario proprieque sen-  
tientis. Bonum enim sensibile est bonum iucundum aut utile, quia  
utrumque sensu percipitur. Bonum intelligibile est bonum honestum,  
quod sola ratione intelligitur, scribit HEEREBQORDVS in Coll.

Etb.

Eth. Diff. IV, pag. m. 20. Immo et ipse MORVS noster hanc uoluptatem uocauit sensibilitatem animi in Schol. ad Lib. I, Cap. III, Sect. VII, Tom. I, OO. Philosoph. p. 18. Si itaque, ut ostensum, primario atque proprie conuenit animae sensus capaci, magis iterum sententiam suam infringit, quam confirmat. Nam *oīcōy* non esse, cui patet? Neque enim solum in hominis optima non est situm parte, uerum, si dicendum, quod res est, etiam cum brutis, quia animae est sensitiae non plane nihil commune habet. Quoniam uero MORVS noster facile praeuidebat, quid inde manaret, convertit se ad *Boniformem animae facultatem*, in illa sententiae sua praesidium querens. Verum, quia et in priore nostra Disputatione et Aph. II, de illa satis egimus, crambem bis coctam afferre et Lectori molestiam creare haud placet. Remisso igitur Lectore Eruditio ad l. l. colophonem cum Deo nostrae qualicunque Dissertationi imponimus, eundem perenixe comprecati, ut nostram hanc operam qualemcumque sibi commendataim habere uelit, que uero minus accurate sunt exposita, pro ea, quea hominem decet, humanitate, corrigere atque emendare ne grauetur.

S. D. G.

**A** Ge, in Palaestram, FAVTOR, idoneam  
Ascende Morum laetus, et acriter  
BONVM, uocamus quod, SVPREMVM  
Protege, prodere perge uires.

*Sic Per-eximum Dn. Respondentem alloqui  
debeat perinde, quam volebat.*

**M. IO. ADAMVS CALO**, Ord. Phil.  
Adjunctus, et SS. Theol. Candidatus.


**D**Vm primo praesum, respondes, Dulcis Amice,  
Primum, do plausus, laudo precorque Deum,  
Vt faueat multum nostris conatibus hicis,  
Ac tribuat Musis digna brabeia Tuis  
*Uia excipiebat Humanissimum Respondentem suum*  
**PRAESES.**

**ULB Halle**  
005 121 825

3



1018





*(162)*  
AVSPICIS RECT  
SERENISSI  
**DN. FRIDE**  
**SEN**  
HENRICI  
**SVMM**  
DISPV TATIONE A  
E  
P  
**M. IO. DANIEL**  
RE  
BARTHOL. MIC  
M  
IN ACROAT  
DISCEPTA  
VITTE ME  
EX OFFIC

